

LA ESCUELA DE RAMÓN LLULL, DE BARCELONA (*)

25

Barcelona, 9 enero 1495

Cesión de crédito otorgada por Juan Baró, lector de la Escuela Luliana al doncel Berenguer Sayol.

«Die veneris VIII.^a mensis januarii anno predicto (1495).

Joannes Baro, studens in Artibus habitator Barchinone, lector Scole Magistri Raymundi Lull, pro simili quantitate quam vos honorabile Elizabet, domicella, filia magnifici Berengarii Sayol, domicelli Barchinone domiciliati, michi graciosè bistraxistis partim numerando et partim in Tabula Francisci Balester, campsoris monetarum civis Barchinone, gratis etc. cedo vobis jure michi pertinencia, in illis .XX. libris, XVI. solidos VIII. que michi ut lectori predicto solvende veniunt XXV.^a die octobris proxime futuri, racione censualis mortui consimilis annue pensionis, quod ego ut lector predictus recipio et recipereque debeo et consuevi anno quolibet dicto termino sive die, in et super universitate civitatis et regia Maioricarum. Quibus juribus etc. Dictaque etc. Apocas etc. Execuciones etc.

Ego enim etc. dicens dicto nomine etc. in super promitto facere habere tenerique de eviccione pro contractibus propriis tamen obligatione bona etc. Juro etc. Hec igitur etc.

Ad hec nos Romeus Lull, Phelipus de Ferrara et Romeus Joannes Lull, cives Barchinone, protectores Scole dicti Magistri Raymundi Lull, predicte cessionis tanquam de meis expressis assensu et voluntate factis consentimus. Actum etc.

Testes firm. dicti Joannis Baro, qui firmavit dicta die sunt: Jacobus de Casafranca, mercator et Michael Aguilo, curritor auris cives Barchinone.

(*) Véase ESTUDIOS LULIANOS, VI, 1962, 187-209; VIII, 1964, 93-117; 229-235.

Testes firm. dicti Romei Lull qui firmavit dicta die sunt: Petrus Mathei, apothecarios, civis, et Bartholomeus Gomar, barbitonsor, habitator Barchinone.

Testes firm. dicti Philippi de Ferraria, qui firmavit dicta die: sunt honorabilis Philipus de Ferraria, junior, civis et Narcissus Sunyer scutiffer, habitatores Barchinone.

Testes firm. dicti Romei Lull, qui firmavit dicta die sunt Felicianus Prim, studens in Artibus et Raphael Fabra, scutifer, habitatores Barchinone».

AHPB. Luis Carlos Mir, leg. 1 man. 4 contr. com. años 1494-1495.

26

Barcelona, 3 febrero 1497

Ratificación del nombramiento de rector y lector de la Escuela Luliana de Barcelona a favor de fray Jaime Costa.

«Die veneris .III.^a mensis februarii anno predicto (1497).

Nos Johannes Romeus Lull et Johannes Lull, filius honorabili Romei Lull, quondam civis Barchinone, protectores et administratores una cum honorabili Philipo de Ferraria, civi et pro nunc consiliario dicte civitatis, Scholarum vulgariter nominatarum la Scola de Mestre Ramon Lull, asserens me dictum Johannem Lull virtute juramenti per me inferius prestiti, etatem quindecim annorum plenarie accessisse et curatore nolle nec habere velle, laudantes primitus et approbantes, ratificantes et confirmantes vobis religioso fratri Jacobo Costa, monacho monasterii sancti Pauli de Campo Barchinone, tanquem benemerito, lecturam quam concessam fuit vobis in principio huius anni in dictis Scolis de dita Sciencia, per dictum honorabilem Philipum de Ferraria et me dictum Johannem Romeum Lull, gratis et ex certa nostra sciencia ad maiorem cautelam que noscere non consuevit, de novo eciam concedimus et elegimus vos eundem fratrem Jacobum Costa, in rectorem et magistrum dicte Scole per totum presentem annum, et postea ad nostrum bene placitum, ita quod a modo recipatis sicuti jam percipitis salarium et emolumenta ex dicta lectura accipi solitum et solita.

Intimantes et notificantes serie cum presenti quibusvis personis, universitatibus et collegiis que ad ipse prestationem reddituum et emolumentorum dicte lecture et Scole modo aliquo teneantur quatenus per dictum tempus et postea eciam donech duxerimus lapsa dicto anno

revocandum vobis et non alii respondeant et obediant tanquam vero magistro et lectore dicte Scolæ.

Promittentes et eciam jurantes ad sancta Dei quatuor Evangelia, manibus nostris et utriusque nostrum corporaliter tacta, predicta omnia et singula rata, grata et firme habere, tenere et observare et in aliquo non contrafacere vel venire aliquo jure, causa vel eciam ratione. Et si forte quod absit contra predicta vel aliqua de predictis faceremus vel veniremus aut alter nostrum faceret vel veniret aut dictam electionem revocarem aut revocaret, in tali casu volumus talem revocationem viribus omnibus carere et effectu et presentes constitutionem in suis plenis robore et valore permanere et nunch pro tunch volumus et consentimus in talj casu hanch constitutionem et electionem esse de novo firmatam et dictam talem revocationem totaliter revocatam.

Et pro hiis complendis, tenendis et observandis, obligamus omnia et singula bona nostra et utrumque nostrum mobilia et immobilia, habita ubique et habenda.

Et quia ego dictus Johannes Lull, minor sum. XXV. annis, maior vero .XV. annis, renuncio beneficio minoris etatis et ignorantie et restitutionis ad integrum et omni alii juri his obvianto. Hec igitur.

Testes Gabriel Albanas et Paschasius Garcia, flaquerii, cives Barchinone».

AHPB. Miguel Fortuny, leg. 3, man. años 1496-1497.

27

Barcelona, 26 mayo 1497

Nombramiento de rector y lector de la Escuela Luliana de Barcelona, a favor de fray Jaime Costa.

«Die veneris .XXVI.^a mensis madii anno a Nativitate Domini MCCCCLXXXVII.

Noverint universi. Quod nos Iohannes Romeus Lull et Iohannes Lull, cives Barchinone, rectores, protectores et administratores una cum honorabili Philipo de Ferraria, cive et pro nunc consiliario dicte civitatis, Scolarum vulgariter nominatarum la Scola de Mestre Ramón Lull, asserens me dictum Iohannem Lull, virtute iuramenti per me inferius prestiti, etatem quindecim annorum plenarie accessisse et curatorem nolle nec habere velle quod ad hec.

Attendentes provitatem, suficienciam et scienciam vestram venerabilis et religiosi fratris Iacobi Costa, monaci et precentoris monas-

terii sancti Pauli de Campo Barchinone, regendi et legendi in ipsis Scolis Magistri Raymundi Lull, omnibus scolaribus et aliis in ipsis Scolis venientibus et ipsam scienciam scire volentibus, de quaquidem suficiencia vestra in hiis annis proxime effluxis clare et manifeste nobis liquet.

Idcirco gratis et ex certis nostris sciencis, per nos et nostros rectores dicte Scole Magistri Raymundi Lull quondam, que situata est ante ecclesiam monasterii beate Marie de Carmelo presentis civitatis Barchinone, a festo sancti Luche mensis octobris proxime venturi ad unum annum primo et continue venturum, damus, concedimus vobis dicto fratri Iacobo Costa, lecturam et catedram ac regimen dicte Scole prout nunc tenetis, et eligimus vos in rectorem et magistrum dicte Scole, per totum dictum tempus unius anni.

Hanc autem concessionem et eleccionem facimus nos dicti Iohannes Romeus Lull, et Iohannes Lull, vobis dicto fratri Iacobo Costa, tanquam benemerito, de predicta cathedra et lectura sicut melius dici potest et intelligi, advestrum salvamentum et bonum eciam intellectum.

Itaque amado recipiatis sicut iam percipit salarium et emolumenta ex dicta lectura cathedra recipi solitum et solita.

Dicentes et intimantes tenore presentis publici instrumenti, vicem gerentem epistole in hac parte quibusvis universitatibus, corporibus et collegiis, ac quibuscumque personis que ad prestacionem pensionum, reddituum et emolumentorum dicte cathedre, lecture et Scole, modo aliquo teneantur et obligati sint, quatenus per dictum tempus vobis et non alii respondeant, solvant, pareant et obediant, tanquam vero magistro et lectori dicte cathedre et Scole ac Sciencie dicti Magistri Raymundi Lull.

Promittentes ac eciam iurantes sponte per Dominum Deum et eius sancta quatuor Evangelia, manibus nostris et utriusque nostrum corporaliter tacta, predicta omnia et singula, rata, grata et firma habere, tenere et observare et in aliquo non contrafacere vel venire aliquo iure, causa vel eciam racione.

Et si forte quod absit contra predicta vel aliqua de predictis feceremus vel veniremus aut alter nostrum faceret vel veniret aut dictam eleccionem et concessionem revocarem aut revocaret, in tali casu volumus, consentimus et pacissimur expresse et de nostra certa sciencia talem revocacionem viribus omnibus carere et effectu et presentem constitutionem et concessionem durante dicto tempore suis plenius robore et valore permanere, et tunch pro nunch volumus et consentimus, in tali casu hanc concessionem et eleccionem esse de novo firmatam et dictam talem revocacionem totaliter revocatam.

Et quia ego dictus Iohannes Lull, minor sum viginti quinque an-
vandis, obligamus vobis omnia et singula bona nostra et utriusque nos-
trum, mobilia et immobilia, habita ubique et habenda.

Et quia ego dictus Iohannes Lull, minor sum viginti quinque an-
nis, maior vero quindecim, renuncio beneficio minoris etatis et igno-
rancie restitutionem in integrum postulando et omni alii iuri, rationi
et consuetudini contra hec repugnantibus.

Hec igitur, etc.

Testes huius rei sunt: honorabiles Iohannes Baro et Petrus Iohan-
nes Vila Plana, in artibus bacallarii, habitatores Barchinone».

AHCB (DSC) leg. IX Nota facilitada por don José Serra Rosselló.

28

Barcelona, 27 marzo 1498

*Cesión de crédito otorgado por fray Jaime Costa, lector de la Es-
cuela Luliana de Barcelona, al cambista Benito Sala.*

«Die martis .XXVII.^a mensis marcii anno a Nativitate Domini
millesimo CCCC.LXXXXVIII.

Ego frater Iacobus Costa, monachus et precentor monasterii sancti
Pauli de Campo Barchinone et lector Scole Magistri Raymundi Lull
presentis civitatis Barchinone, gratis, etc. in solutum et satisfactionem
illarum viginti octo librarum, quatuordecimum solidorum et duorum
denariorum, quos vos venerabilis Benedictus Sala, campsor, civis Bar-
chinone, michi numerando tradidistis, do, cedo et mando ac transfferro
vobis et vestris illas consimile viginti octo libras, quatuordecim solidos
et duos denarios, scilicet, septem libras, decem septem solidos et sex
denarios que michi dicto nomine solvendo veniunt in mense iulii pro-
xime venturis pro Generale Cathalonie et Generalitatibus eiusdem. Et
illas viginti libras, sexdecim solidos et octo denarios que michi dicto
nomine, solvende veniunt in mense octobris proxime venturis, per Co-
munitatem civitatis Maioricarum et singulares eiusdem, pretextu illius
censualis mortui, quod dictos lector eiusdem Scolem recepit super dicta
universitate et singularibus eiusdem.

Hanc autem etc. Sicut...

Ad hec ego Philippus de Ferraria, civis Barchinone, premissis
consencio etc.

Testes firme dicti domini Philippi de Ferraria consencietis qui fir-
Iohannes Canyadell, apothecarius, civis Bernardus Fluvia, scriptor
Barchinone,

Testes firme dicti domini Philipi de Ferraria consencietis qui firmavit eadem die sunt honorabilis Franciscus Ribelles, legum doctor, civis et Bernardus Fluvia, scriptor Barchinone».

AHPB. Miguel Fortuny, leg. 4, man. 19, año 1498 f. 15 v.º.

29

Barcelona, 14 noviembre 1502

Cesión de crédito formalizada por Juan Comte, lector de la Escuela Luliana de Barcelona al canónigo Galcerán Albanell.

«Die lune XIII. mensis novembris anno predicto (1502).

Johannes Comte, in Sacra Theologia magister, lector Scole reverendi magistri Lull, pro simili peccunie quantitate quam vos magnificus et providus vir dominus Galcerandus Albanell, decretorum doctor et canonicus ecclesie Barchinone, michi gracie bistraxistis in Tabula Cambii sive Depositorum civitatis Barchinone, etc. cedo vobis jura michi pertinencia in illis viginti libris, sexdecim solidis et octo denariis, que michi solvi debuissent vicesima quinta die octobris proxime lapsi, racione censualis mortui consimilis annue pensionis, quod ego tanquam lector predictus, habeo et recipio anno quolibet super universitate civitates et regni Maioricarum, in dicto termino sive die. Quibus juribus etc. dictasque etc. apochas, etc. execuciones etc. Ego enim etc. Dicens etc. Insuper promitto habere ratum.

Testes Carolus de Sant Vicens, magister scribendi, civis, et Bernardus Jover, studens in artibus habitator Barchinone.

AHPB. Luis Carlos Mir, leg. 4, man. 24, años 1502-1503.

30

Barcelona, 5 agosto 1503

Cesión de crédito suscrita por Juan Comte, lector de la Escuela Luliana de Barcelona, al canónigo Galcerán Albanell.

Die sabati V. mensis augusti anno predicto (1503).

Ioannes Comte, in Sacra Pagina, magister, lector Scole reverendi magistri Raymundi Lull, pro simili pecunie quantitate, quam vos honorabilis et providus vir Galcerandus Albanell, canonicus ecclesie Barchinone, michi gracie bistraxistis, voluntati mee gratis etc. cedo vobis dicto Galcerando Albanell, iura ach michi pertinencia in illis XX. li-

bris .XVI. solidis VIII denarii, que michi, tanquem lectori predicto, solvende veniunt XXV. die octobris proxime futuri, racione censualis mortui consimilis annue pensionis quod universitas civitatis et regni Maioricarum michi faciunt et prestant anno quolibet in dicto termino, quibus iuribus etc. dictaque ach apochas etc. execuciones etc. Ego enim dicens etc. Insuper promito habere ratum etc.

Testes Vincencius Casanova et Raphael Genis scriptores Barcinone».

AHPB. Luis Carlos Mir, leg. 5, man. 14 conts. años 1503-1504.

31

Barcelona, 9 abril 1505

Nombramiento de rector y lector de la Escuela Luliana de Barcelona, a favor de Fray Jaime Costa.

«Die mercurii .VIII.º mensis aprilis anno predicto (1505).

«Nos Philipus de Ferraria, Iohannes Romeus Lull, et Iohannes Lull, cives Barchinone, rectores, protectores et administratores Scholarum vulgariter nominatarum la Scola de Mestre Ramón Lull.

Attendentes provitatem, suficienciam et scienciam vestram, venerabilis et religiosi fratris Iacobi Costa, monachi et precentoris monasterii sancti Pauli de Campo Barchinone, regendi et legendi in ipsis Scolis Magistri Raymundi Lull, omnibus Scolis et aliis in ipsi Scolis venientibus, et ipsam stanciam scire valentibus, de quaquidem suficienciam vestram in annis elapsis clare et manifeste nobis liquet.

Idcirco, gratis et ex certis nostris scienciis, a festo sancti Luche mensis octobris proxime effluxi, ad quatuor annos primo et continue venturos, damus, concedimus vobis dicto fratri Iacobo Costa, lecturam et cathedram ac regimine dicte Scole, et eligimus vos in lectorem et magistrum dicte Scole, per totum dictum tempus dictorum quatuor annorum.

Hanc autem concessionem et eleccionem facimus vos superius nominati vobis dicto Iacobo Costa, tanquam benemerito de predicta cathedra et lectura, sicut melius dici potest et intelligi, etc.

Itaque a modo recipiatis salarium et emolumenta ex dicta lectura et cathedra recipi solitum et solita. dicentes et intimantes tenore presentis publici instrumenti vice gerentis epistole in hac parte quibusvis universitatibus, corporibus et collegiis ac quibuscumque personis que ad prestacionem pensionum reddituum et emolumentorum dicte cathedre, lecture et Scole modo aliquo teneatur et colligati sunt quatenus

per dictum tempus dictorum quatuor annorum vobis et non aliis respondeant, solvant, pareant et obediant tanquam vero magistro et lectori dicte cathedre et Scole ac Sciencie dicti Magistri Raymundi Lull.

Promittentes ac eciam iurantes sponte per Dominum Deum et eius sancta quatuor Evangelia, manibus nostris et cuiuslibet nostrum corporaliter tacta, predicta omnia et singula, rata, grata et firma habere, tenere et observare, nec revocare, et in aliquo non contra facere vel venire aliquo iure, causa vel eciam racione. Hec igitur, etc.

Testes firme dicti Felipi de Ferrarii, qui firmavit ipsa die sunt: Petrus Roig, mercator, civis, et Geraldus Respall, notarius habitator Barchinone.

Testes firme dicti Iohannis Lull, qui firmavit die .XXI. dicti mensis aprilis sunt: Geraldus Respall, notarius et Iacobus Respall, scriptor, habitatores [Barchinone].

AHPB. Benito Joan, leg. 1, manual años 1504-1505, leg. 3, manual 7, año 1504-1505.

32

Barcelona, 31 octubre 1506

Poderes otorgados por Felipe de Ferrera, protector de la Escuela Luliana de Barcelona, a Jaime Ferrer, secretario del rey y escribano de la Casa de la Diputación del General de Cataluña.

«Die sabbati .XXXI.^o et ultima mensis octobris anno a Nativitate domini M.^o. D.^o sexto.

Philippus de Ferraria, civis Barchinone, protector ut assero Scole reverendi Magistri Raymundi Lull, gratis constituo procuratorem vos honorabilem Jacobum Ferrer, serenissimi domini regis secretarium et scribam maiorem Domus Deputacionis Generalis Cathalonie, presentem dans et concedens vobis illam et eandem ac talem et tantam potestatem que et quanta michi concessa est ut lectori predicto. Promittens habere ratum etc.

Testes huius rei sunt Johannes Cardona, notarius, Andreas Mirach Michael Sans, scriptores Barchinone».

AHPB. Luis Carlos Mir, leg. 6, man. 18 año 1506.

33

Barcelona, 17 diciembre 1508

Cesión de crédito otorgada por Bartolomé Far, lector de la Escuela Luliana de Barcelona, a Rafaela, viuda de Felipe Tapiés.

«Die veneris XVII. mensis decembris anno predicto (1508).

Bartholomeus Far, prebiter Tarraconensis diocesis, lector Scole Reverendi Magistri Raymundi Lull, pro simili peccunie quantitate quam vos domina Raphaela, uxor Philipi Tapiés, quondam mercatoris civis Barchinone, michi gracióse bistraxistis numerando, gratis etc. cedo vobis dicte domine Raphaelae, licet absenti, et notario etc. et vestri etc. jura michi pertinencia in illis XX. libris .XVI. solidis, VIII. que michi tamquem lectori predicto solvi debuissent vicesima quinta die octobris proxime lapsi anni, videlicet millesimi quingentesimi septimi, racione censualis mortui consimilis annue pensionis, quod ego tanquem lector predictus habeo et recipio et habere et recipere debeo super universitates, civitatis et regni Maioricarum, quolibet anno in dicto termino. Quibus...

Testes Andreas Mir et Michael Sans, scriptores Barchinone».

AHPB. Luis Carlos Mir, leg. 7, man. 22 contr. com. años 1507-1508.

34

Barcelona, 14 mayo 1526

Recibo firmado por los cónyuges Pedro Duch y Catalina Malbech, administradores de la persona y bienes de su hijo Juan Duch, impúber, a los albaceas de Juan Bonllavi, de la entrega del legado de trajes y libros.

«Die lune .XIIII.^a maii anno predicto M.^o .D.^oXXXVI.^o.

Nos Petrus Duc, ville de Conesa, tarrachonensis diocesis, et Catherina, conjuges, parentes et legitimi administratores persone et bonorum Joannis Duch, eorum filii, impuberis, confitemur et recognoscimus vobis honorabili Anthonio Fenoll, Gabrieli Thomas, presbiteriis in ecclesia Barcinone beneficiatis et Galcerandus Lull, civi Barcinone, quod dedistis et restituistis nobis realiter et de facto, omnia bona que Joannes Bonllabi, frater mei dicte Catherine, in eius ultimo testamento legavit eidem Joanni Duch, filio nostro.

Quequidem bona sunt descripta in quodam memoriali in choho-pertis huiusmodi manualis.

Primo una clotxa de contray ab son capiró.

Item un sayo de mescla scura ab lo cos folrrat e mànegues de contray.

Item un gipó de drap de mescla.

Item un almusa de drap negre ab pasamá de seda e un sobripelis de dra de compra.

Item, tres camisas de drap de compra ja usades.

Item un parell de borseguins de sumach y un parell de plantoves.

Un saiet de drap vermell sobre la camisa.

Una bossa de cuyro vell negre.

Dos bonets negres ja usats.

- 1 Item un *Catalicon* ligat ab pots
- 2 Lo *Saltiri ab la glosa del bisbe de Valencia*.
- 3 Los *Evangelis y Epistoles de tot l'any*.
- 4 *Eleganties*, de Agostino Dato.
- 5 *La Sinonima*.
- 6 *Variarum sententiarum per Hieronimum Amigetum, Valentinum*.
- 7 *Paulo Vergesi*, cum comento.
- 8 II. Libres de *Proverbis de mestre Ramon Lull ab Philosophia de amor* en quiscu.
- 9 *Arts Methaphisicalis* de mestre Giner.
- 10 *Vocabula Pila*.
- 11 *De termini Logice Magistri Angeli Astenyol*, cum aliis libellis.
- 12 Item *Petri Tartareti*, in *Sumulas*.
- 13 *Petri Ispani*.
- 14 Item *Metaphisica* de mestre *Pera Delli* (?) (De Gui).
- 15 Un libre de *Blanquerna*, desligat.
- 16 Dos libres de *Arts inventives*.
- 17 Unes *Epistoles de sanct Pau*.
- 18 Y unes *Ores Romanes* de moltes devocions.
- 19 Un *Breviari Romà*, ligats ab posts.
- 20 *Introductiones Joannis de Salaya in Logica aureorum* (?)
- 21 *Opus de ente et essentia* de *Sancti Thomas*.
- 22 Item *Logica Pauli Veneti et Pauli Pergulencis et Opus Mansinelli*.
- 23 Item *Medulla dialectices* editas *Hieronimo Pardo*.
- 24 Item *Joannis Canonici super Libros Phisicorum*.
- 25 Item *Concordantie Biblie* magnum opus.
- 26 Item *Andrea Limos*.
- 27 Item *Boeci de Consolatio*, cum comento.

Quiquidem libri sunt parts librorum [legatis] per dictum Joannem Bonlabi eidem Joanni, nepoti suo, filio vestro.

Et ideo renuntiando.

Testes sunt Petrus Puig de Roda, blanquarius civis et Joannes Ceragossa, scriptor Barchinone.

Item etiam, confiteor ego dictus Petrus Duch, quod dedistis et solvistis michi .XVIII.^o libras barchinonenses, quas dicta Caterina,

uxor mea, de pecuniis meis acomodavit dicto Joanni Bonlabi, fratri suo, de quibus sibi fecit albaranum.

Modo solutionis fuit talis quoniam pro me hec solvistis domine Joanne, uxori Ludovici Guardamal, curritori Barcinone, pro similibus quindecim libris, quas dictus Joannes Bonlabi, in suo testamento, dicte domine Joanne Guardamal, mandavit per me dare in quodam legato mihi dicte Caterine facto de hereditate Petri Malbech, patris dicti Joannis et mei dicte Caterine. Et restantes .IIII. libras solvistis mihi numerando.

Et ideo renunciando.

Testes sunt predicti.

Ego Joanna, uxoris Ludovici Guardamal, quondam curritoris, civis Barcinone, filia Antonii Malbech flaquerii, civis Barcinone, naturalis ville de Conesia, donacione, scilicet, pura et irrevocabilis que dicitur inter vivos, non dolo inducta etc. sed bono animo spontaneaue voluntate, animoque donandi, gratis etc. dono et ex causa donacionis concedo vobis Petro Duch, dicte ville de Conesia et vestris etc. omnia et singula bona eo jura mea mobilia et immobilia et alia quevis jura que fuerunt dicti quondam patris mei et michi, ut filie unice et heredi eiusdem patris mei pertinent in dicta villa et termino de Conesia. Hanc autem etc. Sicut...

Testes sunt Gabriel Thomas, major natu, presbiter beneficiatus in sede, et Nicholaus Marchandi, presbiter in ecclesia sancti Jacobi beneficiatus».

AHPB. Pedro Saragossa, leg. 6 man. año 1526 y hoja suelta en la bolsa.

José M.^a MADURELL MARIMÓN
Barcelona